



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

I. Quaestio. Quot modis verbum Confessionis in Scripturis accipiatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

CAPVT II.

De Confessionis Definitione & Materia.

Quot modis verbum Confessionis, in Scripturis accipitur? *Quaestio I.*



VERBUM Confessionis in Scripturis variè accipitur: Nam sæpè est laudare, seu gratias agere, vt in illo Psalmo: Confiteantur tibi populi D E V S. Et quod Christus ait: Confiteor tibi Pater, Domine caeli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis.

Responſio.

Hæc igitur Cōfessio nihil aliud est, quàm agnitio cum laude, seu laus, & sanctificatio nominis D E I, qua solius D E I gloriã prædicamus, nobis nihil tribuentes, de qua dictum est: Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, qua totam fiduciam in D E V M reiicientes, quæ D E I sunt, & verbis, & factis profiteamur, non tantum in prosperis; sed & in aduersitatum totius mundi conspectu constituti, iuxta illud Ioannis: *Quisquis confessus fuerit, quod Iesus Christus est Filius D E I &c. Item: Qui me confessus fuerit co-*

Psal. 61.
Matth. 11.
Hilar. in
Psal. 66.
Confessio
alia laudis,
alia frau-
dis.
Psal. 95.
1. Ioan. 4.
Matth. 10.

is.
fun
n Ec
n Ec
Chri
ecce
tuta,
fun
ti ad
fariū
Qua
nda
ulus,
stros
bi di
quen
quod
men
posi
fun
ntis:
ouos
non
icue
e ne
us si
i in

VT

Caput II. De Definitione

rit coram hominibus, confitebor & ego eū coram Patre meo. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego ipsum coram Patre meo, qui in coelis est.

Ad hanc Confessionem, vbi res postulat, non sufficit solus animus siue voluntas, hoc est, interior quædam Confessio, verum etiā oris Confessio efflagitur, quæ libera & in-

Rom. 10.

Confessio-
res vnde
dicti.

Vide Euse.

in Eccles.

hist. lib. 5.

capit. 3.

1. Tim. 6.

Lapsi qui.

Alia voca-
buli acce-
ptio.

uicta esse debet: Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem fit Confessio ad salutem. Hinc dicti sunt Confessores, qui à Confessione nominis Christi nullis tormentis potuerunt dimoueri. Qui, dum viuerent, Martyres dici volebant, sed optabant, vt saltem in eis permaneret tuta Confessio, de qua dixit Apostolus: Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus Confessionem bonam coram multis testibus. His opponuntur Lapsi, ac etiam hi, qui verbis quidem DEVM confitentur, factis autem negant.

SECUNDO, confiteri, est simpliciter agnoscere, quod vel intus in animo latet, vel alicui obiicitur, aut cuius incusatur; secundum quam significationem Scriptura verbo Confessionis, pro agnitione cuiuslibet rei, sed magis peccatorum, frequentissime vtitur.

Quæstio
II

Quot duplex est peccatorum
Confessio?

Triples.